



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Neophytus M. 20. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

20. Ian. VITÆ SANCTORUM. 51
gè tamen majori recendentium, ubi votorum
damnati sunt, lœtitiâ.

O verè illum degenerem & omnis boni
expertem, qui cœlestis vitæ amore non capi-
tur; qui timet hanc perituram perdere, ut
illam possit accipere, quia perire penitus
non novit. Ex Orat. S. Sebaste.

S. NEOPHYTUS M. 20. Ian.

ITa est, uti sua adolescentem etiam urticam acrimonia loquitur, ita suus nobilissimum quemque flosculum, cùm primùm exoritur, odor terris cœloque prodit. Ita quem tibi pinximus, Neophytus Nicæâ Bithyniæ ori undus jam inde à puero sanctiore spiritu vi-
sus est agi. Hic sub columbae cando-
re lectulum sœpenumerò Divi volatu
ambire: hic postquam matri, quam ab
eâ nascendo acceperat, vitam reddi-
disset, Dux ei in montem Olympum
esse, speluncam hospiti monstrare, &
à feris purgare. Ecquid porrò mirum,
si post ipsum Nomen, Angelum etiam
tutelarem tam habuit familiarem? Nam
iste victimum clienti suo ministrare;
iste sub annum trecentesimum, cùm
vale jam parentibus divino jussu di-
xisset, opesque in pauperem turbam
erogasset, ad tribunal Decii Impera-
toris comes esse, testis virtuti clientis
sui apud Superos, & præco futurus.

D 2

Ibi

52 VITÆ SANCTORUM. 21. Ia
Ibi Martyr à flagris , flammis , ferisq[ue]
innoxius , nocenti tandem carnifici
ferro cecidit , monuitque non mentit
poëtas , qui ex Olympo ad cælos esse adi-
tum canunt . Ex Martyrol. Rom. 6
Menæis Græcis.

Delectatur Dominus J E S U S in gra-
tate vitæ , in cordium puritate , & in pu-
fectione virtutum servorum suorum . Pre-
ptereà Angelicam conversationem ten-
tentur , quotquot cælesti domine grati-
simum desiderant exhibere famulatum
B. Laur. Iust. de discip. Monast. Con-
vers.

S. FRUCTUOSUS E. M. 21. Ia

I Bant ab Æmiliano Præside missi li-
res , qui Fructuosum Tarragonis
Episcopum in vincula abriperent . Non
fugit hic , sed bonum se pastorem pro-
baturus obviam etiam ivit lupis . In car-
cere vero constitutus signum scilicet ex-
spectavit , quo currere ad immortalita-
tem juberetur . Jamque feria VI. ade-
rat , quâ Christus ipse martyribus map-
pam inisit , cum Fructuosus duobus
stipatus comitibus ad rogum eucurrit . Ex
itinere oblatum à piis haustum Christi
exemplo respuit , jejunii sui etiam in mor-
te tenax . Nudis pedibus flammis tamen
insultavit , atque inde veluti pro rostris
Christianos est adhortatus , oculos in x-

ref.